UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S. Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè, ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac sumptu haud ita modico ...

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Quo uel q[ua]libus thesaurus eiusmodi in tali agro absco[n]ditus sit à q[ui]bus cito possit inueniri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71860

Visual Library

repellunt, quin & ſi myſteria non cito pcipiunt, at ſaltē literalem ſenſum & moralē quoq; facile capiunt intellectū. At illoꝝ ſcripta uel dicta lubricis anfractibus effugiēdo, ſimplices à ſe repellunt, Exempli gr͞a: Si dixeris, mortuus eſt homo: dicūt, mortuus non eſt homo. Et ex parte ueꝝ dicūt, quia ſi homo eſt, uiuit: ſi aūt mortuus eſt, & homo & aīa & aīatū corpus eſſe deſiit. Quod nō attendētes populi, id eſt, ſimplices, ſtant attoniti. ¶ Sed nihilo minus ueꝝ eſt dicere, mortuus eſt hō, eo uidelicet ſenſu, quo ſolemus à parte ſignificare totum. Et recte appellamus hoīem corpus humanū uita defunctū: & hm̄oi locutionē ſicut populi, ita & ſcripturæ nr̄æ recipiūt, ſuntq; ob hm̄oi ſimplicitatē ſcripturæ populoꝝ. Silr̄ qd̄ hic de theſauro ꝓpoſuimus, dicentes, abſconditū in agro, id eſt, in publico, illi dicerent uel ſcriberent, oppoſitū eſſe in adiecto, & cętera hm̄oi qualia populi nō intelligūt. At tn̄ uerum eſt, & nō ita, ut ſicut in eo qd̄ anterius dictū eſt: ſic & in iſto à parte ſignificetur totū, immo de toto ſentias totum, uidelicet quia totum apertum uel publicum eſt uidentibus, totum abſconditum uel clauſum eſt inuidentibus.

Sicut ppl̄i, ità & ſcripturæ, tropos admittunt.

¶ Quō vel qualibus theſauris eiuſmodi in tali agro abſconditus ſit, & a quibus cito poſſit inueniri. Caput .III.

DIximus quo in agro theſaurus iſte abſconditus ſit, ſcilicet glorioſa diſtinctio pſonaꝝ ſanctæ trinitatis, iam dicendū, quō illic abſconditus ſit. Vtrūq; etem̄ demōſtrare ſupra ꝓpoſitū eſt, & quo in agro & qualiter abſcōditus ſit. Non lōge pro hac demonſtratōe exemplū petat̄. Pręſens em̄ adeſt idoneū, ſi reſpicias unde dixerit: Dn̄s narrabit in ſcripturis populoꝝ. Vtiq; dices mihi, qd̄ hoc dixerit de illo, qd̄ ſub interrogatiōe præmiſerat, dicēs hoc modo. Nunqd Syon dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ip̄e fundauit eā altiſſimus? Quō uel in quantū hęc portio magna theſauri abſcōditi hoc talentū magni pōderis, hoc ſacr̄m incarnatiōis, ad ſolā ptinens pſonā filij, abſconditū eſt in agro ſæpe dicto: ſic uel in tm̄ & nō occultius ibidē myſteriū totius trinitatis abſcōditum eſt. Solis em̄ indignis, inuidere & nō uidere uolētibus, ſic fuit abſcōditū, ut inueniri nō poſſet dū quereret̄, & porcis bona margarita cōculcanda nō obijceret̄. Proinde dicit: O Syon, nunqd dicit hō iſte, & hō natus eſt in ea, ſubaudit̄ ciuitate ſua, de qua p̄miſit, glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei, & ip̄e fundauit eā altiſſimus, Nunqd (inq̄) dicet hoc homo, ſcilicet quiſpiā totus terrenus, qualis ē Iudæus ſiue hæreticus? Subaudit̄ nō. Hoc nāq; dicere, deorum eſt, & oīmilioꝝ excelſi: qd̄ hic hō, q natus eſt in ſancta Syon (quæ una ciuitas eſt oīm ſanctoꝝ atq; electoꝝ angeloꝝ & hoīm) priuſquā in ea naſceretur, ip̄e fundauit eam altiſſimus. Non hoc dicet homo, nō intelliget quis, deditus ſenſui terreno. Ergo theſaurus abſcōditus. Silr̄ de oībus ſacramētis & diſtinctiōe pſonarū ſanctæ trinitatis, qui theſaurus magnus eſt: ſciendū, quia modus abſcōſionis talis eſt, ut hō infidelis nō inueniat: deorū aūt uel filiorum excelſi multitudo fidelis cito apprehendat.

Pſal. 86.

Syon, ciuitas oīm electoꝝ. Pſal. 8I

¶ Qđ nō in vna pte agri, ſed p totū agrū ſanctę ſcripturę theſaurus iſte, & idignis abſcōditus, & a dignis ſit inuētus, vel cito inueniatur. Cap. .IIII.

QVa tandē in pte uel qbus in partibus agri theſaurus iſte abſcōditus debet inueniri? Nā fortaſſis hoc qſpiā putet, qd̄ in pte ſeu in ptibus, & nō in toto agro theſaurus iſte abſcōditus uel demōſtrādus ſit. Ad hæc (inq̄) Nō in ptibus ſiue per ptes, ſed in toto uel p totū, p oēs terminos agri huius, theſaurus iſte abſcōditus iamdudū inuētus & adhuc inueniēdus ē. Quid illud totū eſt? Nimirū oē qd̄ ab initio creaturæ uſq; nūc deus opatus ē. Breuiter hic pcurrere libet terminos agri, diſtinctiōes operū utiliū, de qbus agit, de qbus oīs ſcriptura ſancta cōſiſtit, iamq; ꝓmittere qd̄ nuſquā in oībus his deſit, p ip̄am deſignata lr̄am, cooperatio trinitatis. ¶ Primū eſt, creatio cœli & terræ, ſequēs cōditio creaturæ angelicæ, poſt hæc plaſmatio hoīs cū benedictiōe plaſmatoris ſiue creatoris: deinde poſt diluuiū bn̄dictio reparādi gn̄is humani de hoībus paucis, poſt hæc facta ad Abrahā ꝓmiſſio beati ſeminis qd̄ eſt Chr̄us, deinde deſcēſus dei in Aegyptū ad liberandū ppl̄m ſuū, poſt hęc modus benedictiōis, quo pacto tabernaculo Moſes filijs Iſrahel bn̄dicere iuſſus eſt: deinde ſermo q de ædificāda domo dn̄i ad Dauid factus ē, ſimulq; ſacr̄a pſalmorū & præconia ꝓphetarū, poſt hæc cōſolatio ſiue reuerſio captiuitatis de Babylone: Deinde Macchabęorū uictrices pugnæ. Per hos oēs terminos extendit̄ ille ager,

Theſaur⁹ p totū agrū abſcōditus

Opa Trinitatis ī agro ſcripturarum